

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---


**Venerabilem Memoriam Beatissime in Domino defuncti Viri Incomparabilis  
Theologi Doctoris Et Professoris Prim. Tot abhinc annis Undiquaque Celeberrimi  
Dn. Augusti Varenii, Totius Universitatis Senioris .... Consistorii Ducum  
Directoris fulgidissimi**

Rostochii: Weplingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777160773>

Druck    Freier  Zugang







# VENERABILEM MEMORIAM

Beatissimè in Domino defuncti

## VIRI INCOMPARABILIS

THEOLOGI DOCTORIS ET PROFESSORIS PRIM.

Tot abhinc annis

Undiqueque Celeberrimi

# DN. AUGUSTI VARENII,

Totius UNIVERSITATIS SENIORIS Gravissimi, Meritissimi.

CONSISTORII DUCUM DIRECTORIS  
fulgidissimi

D. X. Aprilis conditorio suo  
solemnissimè illati  
Iuxtuosè recolebant

Dn. Professores Verbi  
Divini Ministri, & Amici.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS WEPLINGII,  
univers. Typogr. ANNO MDCLXXXIV. d. X. April.

**V**ARENUS moritur, MAGNUM Decus, inclinata cuius

Fama per ora VIRUM nō moribunda volat.

O luctu & lacrimis longe dignissima fata,

O Funus tristū corda dolore premens!

**V**ARENUS moritur plorat! quicunq; revolvit,

Quanta Hoc dispereant hinc abeunte VIRO,

Se a moritur, DOMINO sic disponente! recedit

Optat autem valeant membra quiete frui.

Ergo absint fletus! redeant solatia Mæstis!

**V**ARENII Nomen dum viget orbis, erit.

ser, in honorem Consumatis, nunc Beatiss. THEOLOGI festinante calamo.

**GOTTLOB FRIDERICUS Seligmann**

P. P. Archidiac. Templ. Cathedr. Facult. Phil. Decan.

ap. Lipsiens. adhuc Ducal. Collegiat. & Aca-

dem. Rosea h. t. RECTOR.



Vi nunc singultus, qvænam mihi  
verba supersunt,

Ut plorem tantifata suprema viri  
Imbuimus lacrimis urnas jam sape  
minores,

Senserunt geminis vulnera parva  
Iuos.

Hic superat fletum dolor atque pœlos artem,

Abruptus tacito spiritus ore stupet.

Ante cothurnatas qvæsivit hyperbola voces,

Nunc vox in vero digna dolore deest.

San-

**S**ancte Senex, detur torpenti gratia venæ,  
Quod nequeat busto solvere justatu.  
**C**antabit te fama loquax sine carmine nostro,  
Et vivum in tera posteritate dabit.  
**Q**uamque diu stabit nostra hæc Academia, laurus  
Æternas tumuli gloria viva feret.

*Supremo honori Celeberrimi Theologiposuit*

**I. C. SCHOMERUS, D.**

**P**ulvere fœdatis *ACADEMIA* solve Capillos,  
Mænia prob! ROSEI quæ colis arma soli.  
**V**ARENILLUS cecidit, Vir Magnus, voce Professors  
Urbishonos, Aulæ gloria, Fama Scholæ.  
**D**ilectum summo coput acceptumque Tonanti,  
Quem coluit mentis religione pia:  
**E**t Musis carum. Te Te nunc orbare qmirit  
Varniaca studiis, dulcis AMICE, ducem.  
**H**eu! quæ Lingua silet, postquam te Fata tulerunt,  
Cercopizæ suadam vocis *Ausonia*!  
**T**alem te Moderatorem deserta juventus  
Nunc gemit amissum, nuncrevocatq; ve gemens.  
**N**on te Parca rapit Mundo, sed durior ipse  
Te *DEV*S incumbens surripit ante malum.  
**N**ec Tumulo recubas sub opaco tegmine totus.  
Sed potiore tui parte superstes agis.  
**V**ivit Honos, viventq; tui monumenta laboris  
Dum frondes Helicon, Varnus aquasque vèhet.  
Debita condolentia attestande Ergo  
*l. m. scripsit.*

**JOANNES BACMEISTERUS, D.**

*Med. & sup Math. Prof. P. Facult. Med. Senior.*

**E**T Te Busta manent AUGUSTUM angusta,  
VARENI,  
Parvaq; MAGNIFICUM vah! capit urna CAPUT!  
Hæccine Tantorum sunt præmia digna Laborum?  
Hæccine Virtutis sunt rata fata Tuæ?  
Hinc meritò Tantum miramur Lumen ademtum,  
Errantesq; faces heic superesse diu;  
**A**st qvid multa? solo sunt hæc incommoda semper,  
Sors autem melior stat superatq; polo:  
Onimùm Dilecte Deo Venerande VARENI  
TE quoq; nunc cœli gaudia mille beant;  
Perpetua terris superest Tua gloria famæ,  
Dignus es æternumq; vœ ROSA NOSTRA colat!  
Vos autem interea veluti mœrore sepultos  
Exciter omnipotens erigat atque DEVS.

Hec pauca adjecit.

JOHAN. JOACHIM Tielke/ J.U.L.

**I**Ncanum, nostri decus ordinis Incanum alme VARENI,  
Grande tuum nobis subtrahis ergo jubar?  
Quantum VIR MERITIS ANNISq; GRAVISSIME lumen,  
Quam trepidantis eras firma columna ROSÆ;  
Nunc Tua ferali Lux obnubenda theristro  
Occidit, furvo schemate tristis hebet.  
Ingenit ob tantam lugens ACADEMIA cladem

Et

*Et SENIORE suo proh dolor? erba siapet.  
Tu frueris meliore loco post tædia Vitæ,  
Non sentis, quan nos anxia cura premat.  
Stant memori mandata Rosæ Tua Fulgida FACTA,  
Nec Tuus est nobis interiturus Honos.*

*Ita THEOLOGI consummatissimi, SENIORIS gravissimi,  
FAUTORIS. Et COLLEGÆ honoratissimi  
æstumatisimique inopinatum beatissimum,  
tamen obitum lugere.*

**M. CHRISTIANUS HILTEBRANDT**  
Prof. Ducal. Ord. Publ.

*I*ndue lugubrem mærens Academia pallam,  
Accipe ferales funereasque faces!  
Cinge dolorificis tua pulpita tristia taxis,  
Orchestræ pullum syrma tegatque tuas.  
Dum SENIOR tuus almus obit, dum cana VARENI  
Frons tibi surripitur, dexteritasque Viri.  
Hoc funus celebrato tuum, tua conditur urna  
FAX AVGUSTA, jubar quæ tibi dulce dedit,  
Quæ primos serosque tibi libaverat annos,  
Inseuitque tuo non sine laude bono,  
Vir erat iste tuæ mora depulsorque ruinæ,  
Sidus honoratum, destinæ, lumen, Atlas.  
Flos patrum demesse jaces, jacer & tua tecum  
Insignis gravitas magnificumque decus,

( 3

Ven-

Venturo talis vix, credo, VARENIUS aet.  
Exurget, curâ judicioqve pari.  
Urnâ tegit qvodcunqve potest, tua gloria vivax  
Perstat honorato salva futura loco.  
Ampla tuâ laudis vel me reticente supersunt,  
Qvæ qvivis etiam scit monumenta, bonus.  
Magnificabuntur, serâqve coronide famæ  
Hæc documenta tui macta laboris erunt,  
Promeritæqve dabit matura telesphora laudis  
Posteritas tanto grata futura viro.  
Pectoris ac animi si flamma refixerit, ignes  
Frigidus accendet, qvi tegit ossa, lapis:  
Ut, qvoties nomen legitur prælustre VARENI,  
Augusti tumuli marmora fama canat.

ENOCHUS SVANTENIUS, P.P.

Sic magnum Varni lumen sua lumina claudit,  
Arqve Professorum tollitur, ecce, caput!  
AUGUSTUS NOSTER docto celeberrimus orbû!  
VARENIUS rolei gloria prima chori!  
Ah! splendendo aliis hæc lux consumitur ipsa;  
In fumum, fumo spellere docta, ruit!  
Impiger AUGUSTUS semper satagensqve laborum  
Exspiret donec, subqve labore cadat.  
Nam licet in fesso languescant corpore vires,  
Ad Xystum Vectus, disputat atqve docet.

Mi-

Mirantur foras sancta Virum componere Leges;

Qui mox componat pallida membra neci.

Magnus qui vixit, moritur sic magnus is idem.

VARENIUS vel sic Cæsar is in star obit.

Vitam si stantem deponere Cæsarem oportet,

Hic ferè VARENIUS stansq[ue] docensq[ue] cädic.

Vah! Caput egregium, mens cella; ah! vivida virtus,

Ingenium rarum, Flumen & eloquii!

Dulcis amor JOVÆ, Doctrinæ firma columna,

Clementisq[ue] Duci nobile Delicium.

Heu! quantas nobis, VARENI, præripis artes,

Dona quo in tumulo contumulata tu!

O caput AUGUSTUM fortis bis vivere dignum.

Nec nunc tam ANGUSTO condier in loculo!

Sed quia vult Dominus t[em]p[er]e angusto calle receptum,

Splendidi in Augusta sede locare poli:

Grator, & Augustæ domui solamina Dia

Apprecor, & nobis: tale DECUS redeat!

M. JOHANNES MAURICIUS POLZIUS

ad S. Johannis V. D. M.

---

Summe Vir, ætherei pignus venerabile regni,

Ardalidum Prætes, Religionis apex,

Cujus ad Arctoum pridem sese extulit axem,

Celari virtus nescia, fama mori:

Quò ruis, ô nostri Jubat immortale Lycei,

Divinas animi quò citus abdis opes?

Vindi-

Vindice quo magnis Ecclesia floruit ausis,  
Sustulit & Sacrum quo praeunte caput;  
Qui decimis Palinurus aqvis summusque Palæmon.  
Hic fueras, tristi funere merlus obis?  
Qui creperis consulta dabas prosperrima rebus,  
Nunc eheu! cœlo sic moderante files.  
Nempe ita supremo placuit nos plectere Jovæ,  
Dirigit is nutu tristia fata suo,  
Ille dedit tantum seclis melioribus orbi;  
Nunc repetit, damno sed graviore, Virum;  
Hoc unum ingenti præbet fomenta dolori,  
Qvod meliore sui parte superstes ovat.  
Vivit adhuc puris admistus Spiritus astris  
Et capit æthereæ gaudia mille domus,  
Perstat & æternum terri memorabile nomen;  
Docta que situm per monumenta decus.

Tbeologo incomparabili deque universa Christi  
Ecclesia immortaliter merito, nunc in celis  
æternum triumphanti, Patrono meo & Pre-  
ceptor i post fata quoque observantissime co-  
lendo scrib.


M. J. C. ROSTEVSCHERVS,  
Gedan.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777160773/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777160773/phys_0011)

DFG



## PERSONALIA:

derlich aber desshalbem berühmt gewese  
von andern Königen/Chur-Fürsten / S  
Städten / zum Theil in ihre Universitä  
anzurichten oder besser zubestellen / zu  
re Kirchen und Schulen zu reformir  
ordnen(wie denn in Oesterreich und in d  
Markt geschehen) begehret / auch selbst  
Hochstlöblichen Kaiser Maximiliano de  
des Nahmens / wie die noch verhandel  
Beruffs-Briefe bezeugen/nach Wien in  
der Reformation und anderer hohen S  
ber berufen und mit Kaiserl. Gaben al  
beehret worden.

Die Elter-Mutter Mutterl. Seiten  
die Ehr- und Tugendreiche Frau E  
Smedes / des Wohl-Ehrenbesten/ G  
bahren und Wollweissen / Herrn LA  
Smedes / Hoch-verdienten Raths v  
dieser Stadt eheleibliche Tochter.

Von diesen vornehmen Eltern und Z  
ist der nunehro Hoch-seelige Herr Doc  
ren und bald darauff Geistlich in der H.  
der gebohren / und nach dem damahlig  
Fürsten und Herrn/Herrn AUGUST I  
gen zu Braunschweig und Lüneburg etc

G

